



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119185**

§. 107. Angeli Giorii Cardinalis extrema.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](#)

mata pro metodo concionandi, & di-  
sputationes. IV. Robertus Sanderson  
scripsit de obligatione conscientiæ & ju-  
ramenti promissorii, de Episcopatu  
Angliæ præter quæstiones practicas.  
V. Michael Walterus elucubravit Har-  
moniam totius Scripturæ, exercita-  
tiones Biblicas, spicilegium controver-  
siarum, commentaria in Epistolam ad  
Hebræos, miscellanea, & tractatum  
de immortalitate animæ.

Sæc. XVII.  
A.C. 1662.

### §. CVII.

#### *Angeli Giorii Cardinalis extrema.*

Inter Purpuratos, qui hoc anno cete-  
ris pares fatali mortis necessitati suc-  
cubuere, primus occurrit Angelus Priorat. in  
Hist. Ca-  
con. in vita  
Urb. VIII.  
Giorius patria Camers, qui ampla re-  
rum Divinarum, humanarumque co-  
gnitione vel ideo instructus esse vide-  
batur, ut eam in Barberinos, Urbani  
VIII. Nepotes, quorum Præceptor e-  
rat, effunderet, sibique ex fœcunda hac  
segete uberrimam honorum messem  
colligeret: ab eodem enim Pontifice  
primo intimus Cubicularius, imo &  
Cubiculi Præfectus, ac postea Cardi-  
nalis Presbyter renuntiabatur, non sine  
singulari ac insolito favore; cum enim  
sclopi casu explosti in dextera pollicem,  
& indicem amississet, mediumque di-

Zz 2 gitum

**Sæc. XVII.** gitum nonnisi dimidiatum haberet,  
**A. C. 1662.** hilominus Pontifex eidem gratiam in-  
 dulxit, ut in privato suo Sacello sacri  
 operans, annulari, & proximo digne-  
 ad consecrationem, reliquosque Sacri-  
 ficii ritus uti posset: nec tamen otiose  
 hoc favore fruebatur; quippe in sacris  
 functionibus assiduus, Sacrarumque  
 Congregationum negotiis admotus in-  
 genii sui dotes in Ecclesiæ utilitatem  
 indefesse impendit, suosque proventus  
 magna ex parte Camerinensi reliquit  
 Ecclesiæ, quam e solo restauratam  
 largiter dotavit, ornavitque. Decessit  
 Romæ die octava Augusti anno ætatis  
 suæ septuagesimo septimo.

### §. CVIII.

#### *Camilli Astallii Cardinalis fata.*

**Vita D. O.** Obiit præterea hoc anno Camillus  
 lympicæ Ciar. Astallius patria Romanus, qui post  
 in vita  
**Innoc. X.** literarium prosectorum laurea coronatum  
 ab Innocentio X. Consistorii Advocatus,  
 Cameræ Apostolicæ Clericus, & om-  
 nium ferme S. Congregationum Con-  
 sultor eadem nominatus est die, qua  
 raro benevolentiae affectu ferme inco-  
 gnitus ab eodem Pontifice in Pamphili-  
 ham familiam, & Nepotis sui Purpu-  
 ram exuentis cognomen, locum, in-  
 signia, honores, censusque coopta-  
 tur, simulque in Firmanæ Urbis Prä-  
 fectum,